

I. N. 7.

EXERCITIUM ACADEMICUM

DE

USU QUEM PRÆSTAT

**PSYCHOLOGIA
OECONOMO**

QUOD

Conf. Ampl. Fac. Philol. in Acad. Aurora

PRÆSIDE

VIRO Maxime Reverendo atque Amplissimo,

D.^{NO} PETRO KALM,

Oecon. PROFESS. Reg. & Ord.

Reg. Acad. Scient. Holm. nec non Societ. Lit. Ups.
MEMBRO,

Bonorum disquisitioni submittit

JOHANNES ARELIN,

ABOÆ-FENNO.

In Aud. Majori Die V. Martii An. MDCCLX.

H. A. M. S.

ABOÆ, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB MERCKELL.

S:æ R:æ M:tis
MAXIME FIDEI VIR
Perillustris atque Generofissime DOMINE
**DN. JEREMIA
WALLEN,**
Provinciarum Aboënsis atque Björneburgensis
ut &
Præfecturæ Alandiæ
PRÆSES & GUBERNATOR
Eminentissime

MÆCENAS SUMME.

Generofissime. Vir.
Themidis. Tutor. Palladis. Amice. Conterraneo-
rum. Delicium.
Ne. Succenseas. Mihi.
Qui.
Te. Gravissimis. In. Finlandiæ. Inprimis. Bonum.
Vergentibus. Negotiis. Maxime. Distentum.
Interpellare. Sustinui.

Aft.

Aſt.

Gratia. Præſita. Virtusque. Qua. Coruſcas.
Splendidissima. Animum. Ad. Facinus.
Hoc. Suscipiendum. Hæſitanti.
Addiderunt.

Ut.

Piæ. Mentis. Submissam. Declararem. Venerationem.
Simulque.

Quam. Devotissime. Rogarem. Patiaris.
Me. Opellamque. Hanc. In. Te. Habere. Tutorem.
Fortissimum.

Ego.

Dum. Vixero. Animarum. Effectorem. Rogabo.
Ardentissime. Velit. Diem. Illum.
Quam. Longissime. Abesse. Jubere. Quo.
Abitum. Tuum. Universa. Patria. Inprimis.
Fennones. Lugebunt.
Permansurus.

Perilluſtris atque Generoſiſſimi NOMINIS
TUI

Devotissimus Cultor,
JOHANNES ARELIN.

1738A 25140

Amplissimo atque Celeberrimo VIRO

Dn. ALGOTHO A. SCARIN,

Historiae & Philos. Civ., PROFESSORI Regio & Ord. Bibliothecæ Praefecto & Societatis Litterariae Upsaliensis MEMBRO
Gravissimo.

Maxime Reverendo atque Celeberrimo VIRO

Dn. Doct. JACOBO GADOLIN,

Scient. Nat. PROFESSORI Reg. & Ord Reg. Scient. Stockh.
MEMBRO Dignissimo, utriusque Consistorii ADSESSORI Gra-
vissimo, Eccles. Aboënsis Fen. PASTORI Longe Meritissimo.

MÆCENATIBUS MAGNIS.

NE ægre feratis, oro obtestorque, MÆCENATES quod Nomina Vestra splendidissima, oppellæ huic, cui præter Materiei nobilitatem nihil est nitoris præfixerim. Ut hoc auderem caussa fuit favor ille plane singularis, quo Musarum cultores amplecti soletis & cujus me in primis partcipem fieri haud deditiinati estis. Respiciit igitur, VOS Oro, chartaceum hoc munuscolum, quod, Vobis in Arrhabonem perennantis Venerationis offero, & me eodem, quo cœpistis, favore in posterum etiam beare pergitte. Summum NUMEN VOS Conservet in longam annorum seriem, salvos & sospites in Reipublicæ utriusque atque Ecclesiæ emolumentum certissimum, in Familiarum Vestiarum Nobilissimorum solatum dulcissimum, In Clientum Vestrorum Patrociuum exoptatissimum. Sic vovet vovebitque

Celeberrimorum NOMINUM VESTRORUM

Cliens devotissimus,

JOHANNES ARELIN,

Kongl. Majts

Ero, Tjenare och Capitain vid Björneborgs Regemente til Fot
Den Wålborne Herren,

Herr CARL REINHOLDT
von KNORRING.

Kongl. Majts

Ero, Tjenare och Hendrick

Den Sögwålborne Herren;

Herr Baron AXEL GUSTAV
KURCK;

Höggunstige Gynnare.

SUCCENHeten af Edra vålgjerningar, dem jag i Edra för-
nåma Huus åtnjutit, Höggunstige Herrar och Gynnare,
hafwer fatt mig i en så stor skuld hos Eder, at jag fin-
ner mig aldeles oförmögen, at den samma någonsin funna mig
ofberda. I synnerhet hafwen J, Wålborne Herr Capitein i de
svra År jag haft fermen at handleda Eder L. åldsta Son uti we-
tenskaper; bewist så mårga och stora prof af ynnest och godhet, at
mig fela ord, at dem utsåga. Fördensfull, em, jag wid denna
min förska Academissa Lärospåns framgivande i dagslhuset,
skulle med stilla tigande dem gå förbi, funde jag aldrig med stå
undgå namin af en den etackfamnaste. Uptagen derfore Höggun-
stige Herrar Gynnare, dessa ensaldiga rader, dem jag Eder har
Åran at upofra, såsom witnen til den djupa wärdnad och tacksam-
ma sume jag för Eder bär, som under ständigt anhållende hos
Allmackten om Edert så Timmeliga som Ewiga väl til min död
Framhärdar

Wålborne och Sög-wålborne Herrar

Eder

Ödmjukaste Tjenare

JOHANNES ARELIN

VILLENA GRANAHOL

VIRO *Admodum Reverendo atque Praclarissimo*
D:no MARTINO CERENIO,
RECTORI Scholæ Cath. quæ Aboæ est, dignissimo, ut &
ad Acad. hanc Theol. Adjuncto meritissimo.

Admodum Reverendo atque Praclarissimo VIRO
D:no Mag. HENRICO CARPELIO,
Ecclesiarum Korpoënsium PASTORI integerrimo, nec non
Adjuncto Theol. ad hanc Acad. dexterissimo.

VIRO Plurimum Reverendo atque Praclarissimo
D:no SAMUELI WACKLIN,
PASTORI Ecclesiæ, quæ DEO in Laihila colligitur,
Laudatissimo.

FAUTORIBUS quovis honoris cultu prosequendis.

Foetum hunc juvenilis ingenii, oro, benigno exci-
pite vultu, quem Vobis Fautores Optimi, in tes-
seram grati animi, ob favoris, cuius in me exstare
voluistis documenta maxima, offero. Meum erit Su-
ppremum rerum Moderatorem calidissimis interpellare
precibus pro Vestra Vestrorumque perenni felicitate.

Admodum Rev. atque Præcl. NOMINUM VESTRORUM

Cultor humillimus,
JOHANNES ARELIN.



D. D.
PROOEMIUM.



Ortales quisquis paullo attentius consideraverit, maximum in ipsis mox inveniet in constantiam. Nunc etenim placet hoc, nunc illud, & quod antea placuerat, nunc displaceat, quod antea displaceauerat, nunc arridet. Hoc non solum in vita quotidiana atque inter plebejos, sed inter ipsos etiam, qui ingenio valere atque eruditum esse volunt, evenit. Historia namque litteraria satis superque ostendit asserti hujus veritatem, quomodo uno vel altero seculo haec vel alia scientia praæ aliis floruerit, & tempore hoc ad finem perducto adeo evilescere coepit, ut passim & propalam contemtui esset; altera inter ea in locum ejus in thronum splendore quotidie adcrescente, adscendente. Exemplum hujus rei anxie ut quæramus non est opus. Methaphysica & Oeconomia curioso hoc in puncto satisfacere possunt. Ante aliquod tempus,

A

præ-

præsertim dum Scholaſtici Domini erant, quænam di-
 ſciplina majore in flore erat Methaphysica & quam
 minus excolebant Oeconomia? Hoc vero tempore o-
 mnes fere maximas suas delicias quærunt & inven-
 niunt in rebus sensualibus meditandis, maximisque
 illas extollunt laudibus: e contrario Metaphysicam
 cum suis partibus, in quibus etiam Psychologia eſt,
 ut VOLFIO ejusque sequacibus placet, cujus obje-
 cta abſtracta ſunt, ut noxiam detestantur, ſcom-
 matibus ornant, & qui mitiorem ipſi addunt ſimam,
 minus utilem cenſent. Verum enim vero, homun-
 ciones hi, ſi rite examinarent utilitates illas, quam
 plurimas, quas Methaphysica complexive sumta hu-
 mano generi pollicetur, vel ſi illas tantuſi, quas
 Psychologia, cui attentionem nostram nunc altius af-
 fixam voluimus, ſecum fert, perpendent, judici-
 um ſuum de hac re, perversum, certe mutarent,
 hoc que mutato omni niſu in id incumberent, ut
 ſibi, quantum poſſibile eſt, res in ea traſtatas, per-
 ſpectas redderent. Multum curæ, laboris & indu-
 ſtriæ, queritur Celeberr. D:rus VALLERIUS in *Psy-*
chologia ſua empirica §. 23. multum corporum na-
 turæ investigandæ & detegendæ impendere ſolent
 plerique, quod tamen omne caducum eſt & terre-
 num, & intra anguſtissimos hujus vitæ terminos
 nobis inſerviens; animam autem, præſtantissimum
 illud a DEO in nobis factum depositum, qua cete-
 ra animalia longe antecellimus, ſua natura inde-
 ſtructibilem, immortalem, & æternæ felicitati apud
 DEUM fruendæ destinatam, vel ignorant, vel ne-
 gli-

gligunt. Sed nonne usus ille reliquis jam relictis, deberet unumquemque sensualium admiratorem excitare ad Psychologiam diligentius excolendam, quem in Oeconomicis habet, quemque jam, favente NUNMINE ostensurus sum esse maximum. Interim L. B. Te rogo, velis, pro solita tua modestia, mitigationem conatui huic juvenili addere liwam. Fateor cogitationes has esse rudes majoremque, quam penes me deprehendo, requirere experientiam: fateor itidem me momum nihil timere, cum bonis has meditationes commendem, probe sciens eum neminem dimittere, quin dente Theonino rodat.

§. I.

Vestigia Philosophorum prementes, mox, quid per terminos fronti dissertationis impressos intellectum voluerimus, significabimus. Psychologiam igitur praeunte Celeb. VALLERIO in *Psych. Emp.* §. II. definimus per scientiam de anima. *Oeconomus* autem nobis venit sub dupli consideratione, vel ut publicus, vel, ut privatus: Per publicum intelligimus eum, qui, ut toti societati per acquisitionem opum earumque debitum usum bene fiat, utque omnes illi qui in hanc consenserunt bene valeant, prospicit. Hoc titulo insigniuntur in primis Principes in societatibus, & pro diversa reipublicæ forma interdum magnates ut in Aristocracia; interdum populus ipse ut in Democratia; interdum denique & Princeps, & magnates, & Populus ut in mixta. Privatus autem nobis

nobis est ille, qui bona justo modo acquisita, recte
in usum suum & suorum tractare novit.

§. II.

Explicatis sic terminis, apertior nobis patet via ad ipsam rem proprius accedendi, liberiusque cogitationes nostras aperiundi. Et ut ordinem servemus, primo dispiciendum quid utilitatis Oeconomus publicus ex cognitione Psychologica habeat. Inter publicos occurrit nobis primum princeps. Si quem certe hunc existimamus debere callere artem noscendi homines. Huic enim circumstat cohors magna subditorum, qui omni studio interdum etjam machinationibus, querunt gratiam Principis, ut eo facilius fines sibi propositos attingant. Alii, qui boni nominantur, eum in finem de gratia summi imperantis solliciti sunt, ut consilia salubria ei dent in commodum publicum vergentia; alii iterum eum in finem, ut priuatæ eorum res bonum habeant successum, & ideo non verentur, data occasione, illum decipere, concivibus maculas adsperrgere, & totaliter opprime-re. Hæc & alia ejusmodi incommoda facillime evitare potest Princeps, modo ex Psychologia, se ipsum suasque infirmitates, aliosque probe nosse dicerit, iisque qui adulari voluerint, a se removeat, alios vero dignissimos amicitia sua eligat.

Porro, quemadmodum omnes sapientes Principes de eo solliciti sunt, ut numerus civium augeatur; ita non minorem in id tendunt curam, ut amorem eorum sibi concilient. In priori fundatur
robbur

robur reipublicæ, in posteriori securitas summi imperantis; hunc antem, puta amorem Populi, sine cognitione nominata non posse acquiri docebunt exempla adducenda. Legimus 2. Sam. 15. de Absalone Filio Davidis, quod omni ex Populo Israëlis accedenti ad se, ut salutaret, extendebat manum suam & apprehendens osculabatur eum. Faciebatque hoc omni Israël venienti ad judicium, ut audiretur a Rege & sollicitabat corda Virorum Israël. Atque adeo felix fuit in arte sua, ut postea v. 13. diceretur: toto corde universus Israël sequitur Absalon. E contrario autem alia fuit facies rerum Rehabeam Filii Salomonis, qui nescivit uti animis subditorum suorum. Ille enim instructus a consiliariis suis imperitis, noluit lenia dare verba Populo, quam ob causam etiam maxima pars ab ipso descivit. 1. Reg. 12.

Huc accedit; quod Psychologiæ ignarus in legibus ferendis, ut & in judiciis dicendis, facillime ab recto abeat tramite.

Tandem cognitione nostra comitante in castris Rex degens multum utilitatis apud plebem effectuidat. Hujus rei testimonia in historiis reperiuntur plurima. Apud CURTIUM elegantissima legi potest Oratio exitatoria cuiusque animis opta, ab ALEXANDRO ad exercitum habita, ante quam cum DARIO ad illum flumen configeret. Ibi macedonias suos, virtutis eorum inveteratæ admonebat, Orbis Terrarum liberatores eos salutabat; spem pervenendi ad terminos Herculis & Bacchi ingerebat; omnia, quæ restarent facillime vinci, nec gladio opus esse,

umbonibus propelli, affirmabat; victorem Atheniensium Philippum Patrem in memoriam revocabat; Thebarum funditus eversarum species ob oculos ponebat; victoriam apud Granicum amnem, item, tot Urbes, aut expugnatas, aut in fidem receptas memorare non negligebat. Græcos alia utitur methodo excitandi: varia illa bella, a Persis ipsis illata, in memoriam revocat; insolentiam DARII nec non XERXIS delineat; injuriam Diis eorumque Templis illatam exponit; Urbes expugnatas, fœderaque humani divinique juris violata referebat. Ad illyrios atque Thracas, qui rapto vivere assueti erant, extimulandos non eadem apta erat oratio.

Aliter verba profert: ostendit auri argentique multitudinem; cum contemtu memorat ornatum eorum effeminatum; paupertatem suam, præda diti ab iis capienda, levandam docet. Et quis omnes illos modos milites excitandi in historiis annotatos enumerare valet. Satis est, quod Psychologiæ gnarus facile inveniat verba ad finem apta, quæ ignarus nescit.

Legati ad exterros missi disciplina hac nostra etiam opus habent. Er muss inquit VALCHIUS in Lex. Phil. voc. Gesandter, die schwäche und kräfte seines eigenen gemüths/ auch die anderer gemüther zu erforschen wissen/ um solche erlangte erkentniß zum grund der klugheit im conversiren zu legen. Iliis enim agendum est cum hominibus diversissimorum ingeniorum temperamentorum, affectuumque, quoꝝ omnes dignoscere impossibile est sine cognitione
Psychologi-

Psychologica. Qui iterum diversa ingenia, tempera-
menta, affectusque nescere dataque occasione illis
uti nescit,, parum aut nihil proficit in rebus sibi
propositis. Hanc rem testatur Academiæ nostræ Can-
cellarii Illustrissimus, Comes Regis Regnique Sena-
tor Celsissimus CAROLUS GUSTAVUS TESSIN
in Epistola sua XXIV part. 4:ta ad Principem Hæ-
reditarium GUSTAVUM, dum ita dicit: Jag har
sedt ett frede-slut brådriffras för det / at en wål-
lusing Man ej fikt njuta i ro sin middags-sömn un-
der den tiden underhandlingen påslod. Sic se res e-
tiam habet cum reliquis, quibus cum Oeconomia
publica negotii est, sive domi sint in negotiis sibi
concreditis occupati, sive in locis publicis, in con-
cione aliqua magna siti, verba facientes; hac cogni-
tione laudata destituti nihil proficient. Sed ne in tu-
guriis versari asefacti diutius inutiliter balbutiendo,
molestiam aulicis creemus, ad casam, unde egressi
sumus iterum revertemur.

§. III.

Usum, quem Oeconomus privatus ex cognitione
Psychologica habet, exposituris, occurrit Oecono-
mus noster in cœlibatu constitutus, eum relinque-
re cupiens, sociam thori adquisitus. Quantum in-
tersit virtute prædita gaudere uxore quotidiana do-
cet experientia. Illam, qui habet, felix æstimatur &
est etiam æstimandus. Nam præter id, quod habeat
in ea auxilium in rebus domesticis certissimum, quam-
vis parvæ conditionis, semper contentus esse potest;
contentus negotia sui muneris exequitur: contentus

servos & ancillas ad pensa absolvenda ordinat: sed e contrario si inciderit in uxorem vitiis fædam, nunquam contento esse potest animo, si vel maximis gauderet divitiis, si maxima eum mulcerent amoenitates, si denique de cognatis, & antiquitate generis, & gloria majorum claris sibi gratulari posset: tamen inquietat eum domi Xantippe semper tonans; foris memoria ejus cum inquietum reddit. Quum res tanti sit ponderis, cui sanum est sinciput negare nequit maxima opus esse circumspectione. Non sufficit, videre, ducente, sed insaper, requiritur ut, si conjugium felix esse debat probe exploret inclinationes animi, temperamenta, affectusque dominantes, cœteraque, quæ huc pertinent accurate observet, & cum suis conferat. Hoc vero sine cognitione Psychologica rite peragi posse, quemque sine difficultate vidcre existimamus.

Ulterius, matrimonio consummato, familiarius cum ipsa conversatur, meliorque ipsi jam est occasio, animi ejus affectiones, ope cognitionis laudatæ, expiscandi. Quibus Cognitis, ad voluntatem ejus melius se componere potest, amorem mutuum conservare, dissidia, jurgia & quæ sunt cœtera, quæ ex minima interdum re oriri possunt, quæque vaferimus generis humani hostis ferere non intermittit, evitare, reverentiam, obedientiamque debitam conservare & si forte per imprudentiam suam, illam perdiderit, iterum sine difficultate recuperare; & sic in cœteris.

Adhuc, res est manifestissima, rempublicam quamlibet bene valere, cum subditorum numerus magnus est; cum vero in numero illo civium multi reperiuntur boni, eo melius adhuc valere, itidem in aprico est. Boni autem reperiri non possunt nisi educatio naturaliter procedat, nisi principiis, puta Psychologicis fulciatur. Hisce igitur principiis instructus Oeconomus facilime exquirere potest, ad quod vitæ genus, a natura destinatus est pusio, adque illud illum applicat, allectationi-

lectationibus, ad animi ejus inclinationes; adtemperatis, ad progressus faciendum instigat, probe sciens, cum affectus, temperamenta nota sunt; allecationibus plus effici, quam castigationibus etiam durissimis, cum haec nimia naturalem plerumque vividitatem ingeniorum prorumpere prohibeant, stupiditatem vero comitem habeant. Et ut res eo meliorem habeat successum, maxime sollicitus est, ut acquirat hominem morum probitate conspicuum & ad informandum idoneum, cui pulsionem tradat, & nota animi constitutione, contento, eum conservatum annitur. Animo, ut permolestum hoc opus facile & feliciter absolvatur, memoriae affixa habens verba auctoris Historiae Animalium, quae post longam dissertationem de necessitate educationis liberorum rectae institutae, ita sonant: En nations väl eller we kommer altså hufvudsakeligen an på barnaupsfostran: blir den samma rätt värdad och handhafd, så, främjes den borgeliga sällheten; men i vidrig händelse hjälper ingen ting til samhälleks välfärd.

In servis denique dirigendis non minimo usui est cognitio Psychologica. De hac re loquitur in Oeconomia versatissimus Mathes. Prof. Extraord. JOH. KRAFTMAN in utdrag af Acad. föreläsn. i Landth., dum dicit: En förmästig Psychologie kommer härvid på 100ode sätt till mätto, med hvilken man uträttas mycket hos en fänumögd arbetare. In primis, quum homines per primævam corruptionem ita depravati sint, ut mandatis haud raro contraria faciant secundum illud: *Nisi mur in vetitum semper cupimusq; negata.* Et præterea id plerumque, quod cum coactione coniunctum est, male succedat, adeo ut mandatis semper nisi magis noxium, quam proficuum sit Oecono, necesse est, ut alia ei sit cognita methodus servos suos, ad pensa proposita libere & rite peragenda, instigandi. Bene cum ipsis loqui debet, cognita cuiusvis constitutione, interdum laudibus efferre; interdum donationes exiguae largiri; sed inter omnia cavere debet sibi, nequid nimis, & nequid

& nequid de austeritate sua herili detrahatur, quemadmodum Prof. Extr. Math. JOH. KRAFTMAN in libello laudato monet, ubi etiam multa haud contemnenda suppeditat consilia, quæ fere omnia Psychologicis nituntur principiis, quæque Oeconomorum sibi perspecta reddere & sequi pœnitentebit neminem.

§. IV.

Jam Oeconomum nostrum privatum comitemur extra domum visuri, an usum aliquem habeat ex cognitione Psychologica in commercio cum vicinis, quem etiam in hoc puncto observamus esse maximum. Nos unicum adferemus exemplum ad assertum nostrum illustrandum: potest accidere, ut experientia, saepè accidisse, testatur, ut quis vicinum habeat rixis deditum, qui minima occasione maxima alteri adsert incommoda, & in pratorum, & in sylvæ partium, & in locorum pisecatui aptorum dominio & usurpatione denegando & sub aliquo prætextu sibi vindicando, unde non tantum inimicitiae acerbissimæ ipsos inter oriuntur, sed etiam jaeturam faciunt ambo multorum dierum multæque pecunia, quæ melius collocari potuissent ad Oeconomiam sublevandam si cognita animi vicini dispositione Oeconomus sese eidem ad temperare voluisse, quam primum ejus rei mentionem fieri audiverit. Et sic in innumeris aliis casibus se res habet, quos omnes, & longum, & difficile esset enumerate; ideo, memores etiam supellec̄tilis nostræ curtæ ulteriori materiei hujus nobilissimæ expositione

Supersedemus.

S. D. G.

* * * * *